





בָּשָׂר :

יצירת עוף בע - ראנדמיא

Seu

FORMATIO AVIUM E TERRA,

OCCASIONE LOCI

Gen. II, 19.

Suffragio Superiorum

IN ALMA PHILUREA

D. XIX. DECEMBR. MDCCVI.

inquirent

M. JOH. CHRIST. BAUERUS,

MOELBIS. MISNIC.

ET

K.

SALOMO HERMANNUS

OTTERWISCH: MISNIC.

LIPSIAE,

LITERIS HÆREDUM BRANDENBURGERIANORUM.

Prof. Hes

58

Ex libris
Per illustri atque Excellentissimo Domino;
DOMINO

CHRIST. DIETERICO Böse.

Toparchæ in Franckleben, Mœlbis &
Nückern &c.

S. R. Majest. Polon. & Elect. Saxon,
a consiliis status & belli intimis &c.

DOMINO MEO GRATIOSO

LEVEM HANC

EXERCITATIONIS PHILOLOGICÆ


operam

D. D. C.

TANTI NOMINIS

perpetuus cultor

M. JOH. CHRIST. Bauer,



: 17

PRÆFAMEN.



On sumus ignari L. B. fore genus hominum, cui, dum in hac occupamur materia, labor nostro multis modis reprehendendus videatur. Atq; hi ex istorum fere erunt albo, qui patrum & religionis & eruditio[n]is interesse cessent, an unde aves productæ sint, cognitum sibi habeant, nec ne! Ast vero! Num ignorant, quod etiam hæc S. Dei Spiritus eo, quo metalli fossores aurum, argentumq; querunt scrutinio non prohibeat scrutari! Cur igitur huic nobis nunquam contempnendæ materiæ laborem subtrahamus! Ne tamen ulterius inquirere detur L. B. quam ob causam præ aliis majoris longe momenti disputationum Academicarum materiis, mihi, quæ avium originem tradit, arriserit! aperiam & illud, sed brevissimis. Certe, uti cum aliis, sic mecum domi disputavi sæpiissime, an aves ex aqua, an ex terra, an ex aere, aut aliunde procreatae sint! Varia autem tum affirmanti, tum neganti argumenta, pondere suo utrobique prædicta, in promptu & obvia erant. Quæ quum paululum pensitasse viderer, certi quid inveniri, & adstrui posse, ipse principio dubitavi. Præsertim, quum avium originem, & creationem ingentem, si non plane inexplicabilem difficultatem continere, una cum doctissimo Pererio in Gen cap I. multi eruditorum fateantur. Quid? quod hæc doctrina tam ludicris, & plane absurdis involuta sit lententiarum divortiis, ut etiam quidam magni nominis Philosophus, quem citat Lamb. Danaus Physic. Christ. Cap.

311

Cap. XXVIII. p. 28. non veritus sit *aves ex genere hominum levium effugas* asserere. *Quæ omnia, quamvis primo loco ulterius inquirendi cuiquam ansam præripere visa fuerint, mihi tamen una cum multis in Philologiæ, pariter ac Philosophiæ studio vires exercituro calcar addiderunt.* Neque etiam isthac notitia, quæ maximis probatur Philologis & Philosophis, inanis centeri meretur. Ipsos quod miramur, Rabbinos & Cabballistas non paucos hanc scientiam, quibus maximum partem alias exultat, magni pendentes deprehendi. Id quod ex eo mihi innotuit, quando in *quinquaginta שער בון portis intelligentiæ, & lucis, per quas hominem in omnium rerum cognitionem pervenire posse, iudicant, circa portam XXIV. & XXV. avium doctrinam tradendam esse, svalent.* Author est R. Mof. Ben Maimon: uti videre est apud Alfred. Physic. Rabbinic. p. 16. Sicutiigitur non absque ratione, sed aliorum svasu, & hortatur laborem hunc in me suscepi, ita genuina locorum quorundam Scripturæ S. interpretatio Philologica ad veram, ex multis, licet implicitis, eruendam sententiam, præ reliquis Gen. I. c. 20. & Gen. 2. c. 19. viam sternet. Faux D.O.M. qui propter sui ipsius gloriam, hominisque usum & delectationem, aves & omnia condidit, ut feliciter procedat, inque Numinis, & nominis S. gloriam, quicquid est, id unice tendat.

Text. Gen. II, 19.

נָתַר | הָהָר אֶלְיָהוּ | מִן־הַרְמֹחָה || כָּל־תְּחִרָה
הַשְׁרָה || וְאֵת | כָּל־עַפְתְּשָׁמִים || נִיכָּא אֶל־תְּחִרָה
לְרוֹאֹת מִזְרָקָה־לְזִוְּגָה || וְכֵל | אֲשֶׁר יָקְרָא־לְזִוְּגָה
הָאָדָם || נֶשֶׁת תִּירְאָה || הַנֶּשֶׁת :

Versio S. Schmiedii:

Qum enim formasset Jehova Deus et terra omnem bestiam a-
gri & omnem avem coeli, adduxissetque ad hominem, ad vi-
dendum, quomodo vocaret singula, ut omne, quo vocaret singula
homo, animam (sc. quamque) viventem, id nomen ejus (esset).

Partis Prima Philologica.

S. I.

*V*ersari Mosen in descriptione quinti & sexti diei. textus ipse demonstrat. Uti autem in secundo hoc capite præcipua histo-
ria

in creationis primo capite traditæ, repetit; ita plenius illustrat, ut, quæ ibi dixit, clarius hic nobis ante oculos ponat. Ne tamen quicquam reliqui faciamus, placet juxta Rabbini monitum in vestibulo parare, ut possimus ingredi conclave h. e. ipsarum vocum usum cognoscere, & lance, qua valemus ponderare, ut rei inspectio, etymologia cognita, plavior, pleniorque sit futura & nos in ipsis rei perceptionem eo melius provehamur.

§. II. נִצְחָר pro יְהִיּוֹת semel plene Scriptum juxta Masor. ad Gen. 11, 7. Præfixum ו verba, quæ V. D. prætractare instituimus, precedentibus esse contigua, ostendit. Rectius autem per postquam &c. ut etiam in versione B. Lutberi observamus, reddi potest. Quod ipsum habet Clericus, quando in h. l. ita commentatur Apud Hebreos futura preffixo ו, quod præteritum tempus designat expressa sunt. Sed quia, si quis Latinus scriptor hac eodem ordine narrasset, plus quamperfecto usus fuisset, eo tempore usi sumus. Arque ita vettimus, ut tunc res postularit, licet varietate illa temporum careant Hebrei, qui tantum præteritum & futurum habent & presentis, ope particijpi Benoni, circumlocutionem habent. Vindicat autem id sibi hoc in loco narratio historica de rebus jam præteritis. Quare pleraque hujus capitatis verba præterita in plusquamperfectio verti necesse est. De particula ו quæ isthoc hic indicat, vid. Noldii Concordant. Partic. Hebr. Et Glass. Ebd. Sacr. p. 873. Absoluti nunc ו extantiores, quas Et Buxtorfus & Schind. in Lex. exhibent significaciones videamus, oportet. Notat vel contristatus fuit, & affixit, vel fixit & formavit, (proprie) vel fixit & formavit (metaph.) h. e. cogitavit. De media significacione nos erimus solicii. Codicem sacrum evolventibus זַרְעָה, בְּרָא, עֲשֵׂה, συναρύεις sèpissime videntur posita. Id propter operæ pretium judicamus horum discrimen paulo intius inspicere. Lombardus teste Gerardo Dispp. Isagog. de Creat. Cap. I. p. 410. בְּרָא vult esse vocabulum angustius, quod proprie significare de nihil aliiquid facere; וְעֶלְיוֹן vero communius, & significare non tantum ex nihil aliiquid producere, verum etiam ex materia praæacente, seu praæexistente. Quæ distinctio Gassio non improbat, quando in comment. Hebr. Longo ad vocem וְעֶלְיוֹן eam his verbis declarat: Vicit Deus omnia וְעֶלְיוֹן, & cum creaturarum speciali designatione Exod. XX, ii. At idem effertur per בְּרָא Gev. II, 3. Unde apparet וְעֶלְיוֹן esse

esse genus, cuius speciem בָּרָא constitutat. Rectius idecirco ad עַשְׂתָּה, sed non ab hoc ad illud concludere licet. Non male igitur hic notamus Petavium Theol. dogm. Opusc. VI. Dier. lib. I. §. VIII. Grottum, quem evolvit Calovius in Bibl. Illust. p. 213. Et his anteponendum Clericum, qui non absque applausu in contrariam sententiam descendentes probant, בָּרָא non notare productionem ex nihilo, sed potius formationem coloniarum, qua Deus colonis, incolisque orbem instruxerit. Quum tamen historia creationis Mosaica nos doceat בָּרָא recteab Apostolo per ut ex Φωνομένων τα ἔλεπτον ad Hebr. XI. v. 3. explicari. Rectius igitur & nostrarates, & ipsi etiam Rabbini hoc vocabulum evolvere. Inter illos est Gerhardus l.c.p. 434. In propria, sribens, & nativa significazione primo & principaliter est ex nihilo aliquid facere. Inter hos R. Kimchi Lib. Radic. Rad. col. 74, בָּרָא כל לשון בָּרָא ח'א החרוש ורב' בָּרָא ר' י'ן מניין ליש :

Omnis significatio (τα vocabuli) creationis, est innovatio rei, & egressio ejus a non existente ad existens. Et R. Nachman in בראשית כרזין:

אֵין אֲצִילוֹ בְּלָשׁוֹן הַקְּרָשׁ בְּחַדְשָׁתָה וּשְׁנָתָן חַדְשָׁתָן לְשׁוֹן כרזין: Non habetur apud nos in lingua Sancta, (vox) quaproductio rei ex nihilo interpretetur, nisi nomen בָּרָא. Ab hisce nunc, & בָּרָא, עַשְׂתָּה, de quibus hac vice studio prolixius differere animus fuit, י'צ' multum differre videmus. Uti enim illa notaunt, aliquid a non esse ad esse producere, ita hoc enti jam creato formam inducere. R. Kimchi adhuc specialius vult formare dici de re corporea, quæ est susceptiva sensibilium potentiarum. Quam specialem explicacionem de facilis ad textum Mosaicum applicabis. Exprimit videlicet illam Summi Numinis in Hexaëmero illo operificio operationem, qua ex massa illa, quam Moses cœli & terræ nomine describit, variæ creature formavit, itisq; hoc universum exornavit. Quanquam tamen circa coronidem non negavero, si themata confspexo hebraica, quod Summus creator vere divina sapientia miscuerit radices, ut videantur Synonymice adhibitæ; objectis tamen ipsis additis undiquaque elucescat discriben manifestum. Quod hoc loco est avium & bestiarum, quarum formationem eodem modo verbum י'צ' exprimere, infra declaratur sumus.

§. III.

ק. III. רְחוֹם Quem, uti omnium rerum conditarum; ita & avium sapientissimum conditorem veneremur, oportet. Profecto nobilissimæ ejusmodi creaturæ in pulcherrima efformatione nulli cedunt. Deus enim O. M. non tantum in maximis, sed etiam minutissimis animalculis, loquente Tertulliano, se mirabilem exhibuit. Inest equidem in omnibus nature sue decus: Ab major in quibusdam admiratio considerantis & laus uberior omnipotentis Dei artificis. Majori enim attentione stupemus agilitatem musæ, & avis volantis; quam magnitudinem jumentis gradientis Augustin. lib. 3. de Gen. ad Lit. cap. 14. Quare haud injuste fecero, si hac occasione circa S. nomen רְחוֹם subsistam & paulo penitus istud considerem. Omnis certe Scripturæ cardo in ejus notitia vertitur. *Judei* vocant אָרֶב שֵׁם שַׁמְּן. Nomen Dei τεργάγαματον. De hujus nominis τεργάγαματος origine & derivatione tres notamus sententias. Prima est Hieronymi ab Oleastro, manifesto falsa, deducentis ab הַר pernicie & ærumna. Sic enim loqui amat: Ego video in radice הַר duo esse, videlicet הַר Hava, quod juxta Hebreos est accidens, eventusque malus. Et cum Hava plus similitudinis habeat cum רְחוֹם, quam Hava, puto melius derivari ab Hava, quam Hava. Secunda est eorum, qui a radice הַר in רְחוֹם mutato, melius deducunt. Nominio saltem Drusum in Not. ad τεργάματον p. 8. Schindl. Lexic. p. 429. Verior tamen tertia est istorum, qui statim ad radicem רְחוֹם & Hebræis & Chaldæis usitatam accedunt. Quæ derivatio præfertur ab venario, Buxtorfio & S. Schmidio. Circa inde derivati S. nominis genuinam versionem maxime occupatos deprehendimus Theologos & Philologos; nullus tamen omnem emphasis assequi & una voce exprimere accurrioribus Philologis hucusque videtur. Junius veritatem docet. Scaliger αὐτούσιος Waltherus αὐτούτων &c. Nobis sufficit, si probe habeamus cognitum, nomen hocce sanctum denotare, & exprimere divinam essentiam & αὐτοτικόν. De quibus prolixior est Buxtorff. *Dissert. de nominibus Dei* p. 249. Optime sic aben. *Ezra in תורה fol. 16. Col. 1.*

כִּי אֵין בְּמִקְרָא שֵׁם לְבוֹךְ רָק זֶה לְבוֹךְ:

Non occurrit in scriptura nomen essentiale, nisi hoc solum. Et R. Isaac Arama in *Ezra XLII, 8.*

Magnit

זה

הַ מְהוֹזֵעַ כִּי שָׁם יְהוָה הַנֶּכֶב וְתֹנוֹרָה הוּא שָׁם
מִשְׁכָּן הַסּוֹרָה עַל עַצְמוֹתָיו וְתַבְרָן :

*Hoc manifestum est, quod nomen gloriosum, ac venerabile ^{יה} sit nomen
substantie Dei benedicti substantiam innuens. De ejus lectione ac pronun-
ciatione R. El: Levite. scribit:*

שָׁם שְׁלֵי אַרְכָּע אֲוֹתָיו אֵין נִקְרָא כְּכָבוֹר כִּי אֵין לְכָבוֹר
אֲוֹתָוּ בְּפִרְשָׁה אֶךָ קָרְוִין אֲוֹתָוּ בְּכָנוֹר אֲרָגָן :

*Nomen τετραγύριου ματαρον non legitur secundum scripturam suam, non
enim est prouinciam illud ore, sed effuerunt illud per cognomen Adonai.
Inde est Anachematismus ille Talmudicus in Jod Sanbedrin c. 11. fol. 90.
Quicunque profert nomen τετραγύριου ματαρον non est ipsi pars in futuro se-
culo. Circa quod institutum Judaei hodierni adeo tenaces sunt, ut
ne muneribus quidem ipsi pauperes ad pronunciationem ejus per-
moveri possint. Quod experimento proprio confirmat CL. Leuc-
den. Philol. Hebr. p. 344. Quod autem jam olim Christiani doctores
Rabbinorum vestigia securisint, probat Hieronymus, quando ver-
ba Exod. VI. v. 3. vertit:*

וְשִׁמְוֹ רַחֲתָה לֹא נָרוּתָה לְהָכָר Et nomen meum ^{רַחֲתָה} ipsis non in-
dicavi. Origines ipso Hieronymo vetustior in Tetraplis
& Hexaplis suis in ea columna, in qua voces Hebraicas Græ-
cis literis descripsit, ubique pro voce Jehova, nomen ^{אֲדֹנָא} posuit. Quid mirum; si apud nostrates etiamnum hæc locum in-
veniant. Prodeat nomine multorum Wilb. Schickard. in Fundam:
Hebr. c. 1. §. 53. p. 56. Hieher gehöret der große Nahme Gottes
welcher von Alters her anders gelesen wird als er geschrieben steht.
Denn er ist nicht ein Nahme wie sonst ein ander gemeiner Nahme /
weil er vor sich selbst keine einzige beständige vocales hat/ dadurch man
ihn lesen könnte. Sondern ist eine kurze Abbreviatur des wesentli-
chen Nahmen Gottes / da ieder Buchstabe ein ganzes Wort be-
deutet. Que tamen ex Rabbinorum præjudicio dixisse videtur.

§. IV. Vox vere emphatica, quam Latinum ^{רַחֲתָה} Deus
haud exprimet. Nihilominus tamen observamus esse illud nomen
appellativum, non proprium, uti Philologus insignis Phil. Sacr. p. 44,
sensisse videtur. Quem tamen mitius explicabimus. Quando l. c. scri-
bi: ^{אֲדֹנָא} est nomen Dei proprium, non illud soluisse presumitur, quod si no-
men proprium in rigore acceptum, quatenus appellativo contradic-
stinguï-

tur, sed eo respectu, quo Deo proprio & primario competit. Circa hujus nominis אַלְרֹדִים originationem tanta est Philologorum varietas, ut non vereamur hoc trahere illud Hebraeorum:

שׁוֹתָה כְּלֵאֶכְבָּעָתָה חֲכָמִים : Non omnes digiti eruditorum circa hoc sunt aequales. Alii ab אַלְ, ali ab אַלְרֹדִים, alii ab אַלְרֹדִים deducere student. Alius primitivum defendere interest. Sunt tamen non pauci, qui cum Hortingerio in Praefat. Thesaur. Philolog. radicem apud Arabes usitatam אַלְלָה coluit, accersunt. Circa significatum largimur ambabus esse nomen, quo personarum pluralitas adstruatur. Ast non tam ex eo, quando cum verbo singulari, quam quando cum verbo plurali possumus deprehendimus. Loca ubique obvia adducere supersedeo.

§. V. מִן־חָרָמָה De particula & הַן demonstr. Grammatici ubique satisfaciunt. De voce אָרָמָה saltim notamus, recte derivari ab אָרָם rubuit. Sic enim ipsam terram, quæ non rite colitur, rubore observamus. Consentientem habemus Joseph. Lib. I. Antiquit. cap. 2. p. 5. σημαῖε δὲ τοῦ πατέρα γλώσσων τὴν ἑβραιῶν πυρρόν, ἐπειδὴν αἴστης πυρρὸς γῆς Φωζαθείσης ἵψεγόνει. Τοιδικὴ γάρ ἡ τετταῦρη πατέριος γῆ παὶ ἀληθινὴ. Hinc primus homo dictus quod ē rufa humo fermentata est factus, talis enim est intacta terra & vera. Aut si manus nomen coloris esse, inde adstruas, quia hic & illic terram rubram observamus. In sacro codice promiscue de terra quacunque adhibetur.

§. VI. כָּל־חַיִת הַשְׁׂרָה Qui derivationem כָּל inquiret, ille deprehendet esse infinitivum a כָּל, & propriæ notare omnitem & univerfalitatem. Quia tamen latinæ linguae genius non respondet, hinc communiter per τὸ omnis verti solet. חַיִת notat omnis generis animalia, quod additum שְׂרָה declarat, quia juxta R. Kimchi Lib. Rad. שְׂרָה col. 510. tam de agro culto, quam sativo & passim usurpatur.

§. VII. רָאַת. Est particula, quæ interpres maxime vexat. Aben Esra putat:

Sensum vocis פָּנָם את כָּמוּ esse quasi substantiam rei h. e. illam ipsam rem: Cui significationi, ut inusitatæ, auctores non ubique consentire, constat. Alius cum Maimon: in More Nevochim P. 2. c. 30. p. 275. ut plurimum pro פָּנָם possum adserunt.

*vid. Serutinum Philolog. M. Heerwarti p. 121. Plerig^z, pro particula' accu-
satūm indicante accipiunt. Quod probat R. Sal. Ben. Melech. in
Col. 1. מכלל יופי*

*מלת את מורה על הפעול ברוב וברבב שהוא מבחן טו ווא
הפעול והפעול לא הרצוי למלה את:*

*Particula' את indicat objēctum patiens uplurimum & de re, de qua clas-
rum est, quis sit agens & patiens non opus habent particula' את. Atque hoc
verum est, si verbum activum præcedit, uti hoc loco ניצץ. Ast ma-
le agunt illi, qui, licet etiam verbum passivum antecedat, tamen in
eodem valore particulam את venire adstruunt. Miror virum ma-
gni nominis, quod levissimo hocce dubio implicitus, & se
non explicaverit. His enim quodam in loco utitur ver-
bis: Particulam את post passivum habent pro nota nominativi vid. Da-
vid Kimchi in b.l. Sed alibi diximus, quod apud Grecos, sic apud Hebreos
passivum impersonaliter possum, casum accusativum adīvi sui habeat.
Quod constare potest ex exemplo, quod ipse Kimchi b.l. allegat. Num. XXVI,
ss. רַרְקָאת אֶת אֶת, quæ verba vertit; terram cividetur. Quomodo
enim nominatus femininus, inquit, cum verbo masculino construetur. Ast
vero allatum exemplum cum adduictis rationibus nihil evincet. Etenim נא^ת est gen. com. licet in gen. foemino frequentius adhi-
beatur. Verum ponamus & h.l. in genere foemino istud accipi. Quis
vero ignorat apud Hebreos verbum masculinum cum nomine fo-
minino construi? Gen. II. 23. Jer. 4. 10. Nos in genere de particula' את
dicere nulli veremur: accommodat illud sequenti voce, cuius apponitur.*

*§ VIII. שְׁרֵךְ וּשְׁמִינִי Prior vox utramque in hac dissertatio-
ne facit paginam, & recte à rad. שְׁרֵךְ derivatur, quia eo ipso mo-
tus & avium celeritas innuitur. De voce שְׁמִינִי prolixius dice-
mus. Denotatur isthoc locus, qui avibus quasi destinatur. Hinc est
communiter istas aves coeli vocari. Hiob. 12. v. 7. Dan. 7. v. 6. Ab. XI. 6.
Quoniam enim appellatio coeli est ὄμονοισιν, hic non intelligi potest
quale fungunt coelum empyreum, aut stelliferum, sed certa aëris re-
gio, docente Alfredo Phisi. Mosaic. p. 41. Quare etiam particula' נ^ת Gen. I,
20. recte verti debet. Siquidem aves non volant secus firmamentum
cum LXX. Nec è regione firmamenti cum Arab. Nec per firmamentum
cum Tertullian. Nec in expanso cum Piscat. Nec supra firmamentum cum
Syr. & Chald. & Cocejo. Sed sub firmamento. Sub coelo, de quo Poëta:
Et*

¶ ¶ ¶

Et liquidum spissò secrevit ab aëre calum.
Licet enim terra sit ~~avibus~~ tanquam basis, in qua commode quietantur, tamen altera sedes est aëris, in quo plurimum versantur. Hinc
Poëta:

*Sylva feras, volucres aer acceptit habendas,
In liquida pisces delitiusis aqua.*

Notat igitur hoc loco שמיים coelum aerium. Circa vocis eruov
ad huc quædam dicenda. Neque hic interpres convenient, sed
inter Philologos his est. Quibusdam placet שמי admiratus est,
pro qua etiam substituunt שמי obsequitur, ut eo magis hominæ
ad admirandam ejusdem structuram rapiant. Alii derivationis ra-
tionem querunt in שמי פים. Hinc R. Becham in principio Parascha
שופטינ:

שמות נבראו תחול ונבראו שמי רני שם אש ומים:
Cœli creati sunt ab initio & vocantur, shemim, quia sunt ignis & aqua. Qui-
dam à nomen & shem deducunt, quod ibi sunt aquæ. Apud Coccoem in
Lexico sub rad. שמי quosdam deprehendimus, quibus derivatio tan-
*tum a particula שמי arrideret, ut omnipresentiam Dei eo fortius ad-
struant. De quibus vid. Excell. Lic. Olear. Disp. Phil. in Matth. cap. VI.
v.g. Inter omnes autem quos recensuimus, judice Hottingero scopum*
optime attigisse videtur Aben Ezra in h. I. scribens:

ותעם שמי נבראה ומפלחה וכן בלשין ישמעל שרובה על
מתכנית לשון רקיש:

*Scbamajim significat altitudinem & celsitudinem, idque ex lingua Arabica
que majorem vocum apparatum habet, quam lingua sancta. Shemim ergo
quæ naturales debet שמי. De quo Schmid. in Gen. cap. I. est ex obso-*
*letaria radice Hebreæ שמי, que superest in Arabismo murato תי in. Hæc
omnia, in quibus prolixiores fuimus, in compendio exhibet Excell.
Dr. Prof. Abicht in Disp. de Sermone eatorum §. 4. 5. 6. p. 6. seq. Nos sub
coronidem de numero duali & תי præfixo vel tribus verbis dicemus.
השימים בה הרועה הרוורוי
De hoc consulendum Aben Ezra d.l. על ארה הנראים ודבר:*

*Notatur שמי cum תי emphatico, ut indicetur, seruonem esse de visibili
celo. Hinc διαγλωσσας ἔνεκα additum תי quasi diceret: Hoc coe-
lum, juxta Alfred. Physic. Mosaic. p. 41. De illo sc. numero duali Phi-
B 2 lolo-*

¶ (12) ¶
lologi insignes satis diu συνεργαδον conspirarunt, non vero æque
conspirarunt. Confer omnino D. Calov. Bibl. illustr. & Schindl. l. c.
sub rad. תְּבַשׁ ubi formam dualem distantiam a terra utriusque æ-
qualem indicare, aut duos mundi polos, circa quos cœlum circum-
volvit, declarare adstruit.

Pars. II.

*In qua diversa de avium origine adducuntur
sententiae.*

§. I.

Absoluta nunc qualicunque vocum explanatione ad rem ipsam
pedem movemus. Sicut autem de re dubia & diversimode
explicata non licet illoco certi aliquid afferere, ita diversas prius pen-
sitare sententias animus est. In votis quidem est, Iliadem in nuce
proponere, hoc est, amica brevitate mentem declarare. Verum
maxime ingratum nobis accidit, quod prolixiores esse debemus.
Tanta certe hic deprehendimus sententiarum divertia, quanta fi-
lum Ariadneum discernere vix poscit. Inter tot autem opinionum
avia veritatem sectatur, si a vero forsitan tramite paululum desfe-
temus faciliorem impetrabimus veniam a L. B. Nos, quo justo
ordine præcipuas in hanc rem sententias accersamus, accersitas
ponderemus, ponderatas feligamus, & quæ nostra est cum viris do-
ctis, addamus, allaborabimus.

§. II. Quatuor autem sunt præcipuæ; quarum primam dici-
mus, quam ex viris doctis oppido multi omni conatu suam faciunt,
& aquam, unde aves sint procreatæ, ponunt materiam, suæque af-
fertionis rationes petunt ex Gen. I v. 20. Nominamus præ aliis ex
paribus, quorum scripta evolvendi suppetit copia, Ambrosium lib.
V. Hexaem. cap. XIV. p. 62. Et Homil. VI. in Gen: Quibus in locis co-
gnationem querit inter aves & pisces. Prima inquit, cognatio vi-
detur avibus istis esse cum pisibus, quoniam natandi communia
quædam videntur utriusque generis esse consortia. Secunda quo-
que omnibus avibus & pisibus est, eo, quod volandi usus, species sit
natandi. Sicut enim aquam natando pisces incidit, ita avis aerem
volatu celeri fecat. Et paulo infra. Unde quoniam in nonnullis i-
dem usus & species, ideo de aquis utriusque generis nativitas divina

præ-

præceptione processit. Dixit enim Deus, producant aquæ reptilia animarum viventium secundum genus & volatilia fecus firmamentum cœli, secundum genus. *Chrysostomum Homil. VII. in Gen.* Dixit Deus educant aquæ reptilia animarum viventium & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cœli & continuo tot reptiliū, volatiliūque genera condita sunt. *Augustinum Tom. III. in Gen. cap. I. & III.* Scriptum est, producant aquæ reptilia animarum vivarum & producat aer volatilia volantia super terram, sed utrumque hoc animalium genus ex aquis productum esse narratur. *Damaſcenum lib. 2. de Or. hod. fide cap. IX.* Ex aquis aves ortæ sunt, & in terra versantur, & in aere volant. His citatis *Cornelius a Lapide addit Hieronymum Epist. 83. Cyrillum evolvit Pererius d. l. Basiliū adiit Lamb. Daneus Physic. Chriſt. cap. 25. Tract. 5. Theodoreum, Gregorium, Nazianzenum adducit D. Adam Oſander. in Gen. I. Fulgentium allegat D. Pelargus in Prophetarum Oceano Cap. 1. p. 28.* Quos e Patribus adduxisse sufficiat. Ex recentioribus præalibis nominandus *Monfrerius*, qui pro hac propugnanda sententia provocat ad hymnum ecclesiæ (cujus juxta *Petratum* auctor creditur *Ambroſius*.)

Magnæ Deus potentia,

qui ex aquis ortum genus,

partim remittis gurgiti,

partim levas in aera;

Demersa Lymphis imprimens:

Subnexa cœlis irrogans,

uti stirpe una prodiata

diversa rapiant loca.

Accedunt, inque hanc sententiam descendunt alii fere innumeri, quorum libros evolvere & verba transcribere nimis prolixum foret. In Compendio sunt apud *Kipping. in Instit. Physic. Lib. VIII. cap. XVII. p. 361.* Selectiores, quos adire juvat, sunt R. Elieſer, Moses Gerundensis, Lyferus, Muſculus, Leonhardus Marius, Cartwrig-
tus Comment. in Gen. Cap. I. Ludovicus Molina de opere sex die-
rum Diſput. XVIII. Jacob Salianus Tom. I. Annal. V. T. p. 84.
August. Torniellus in Annal. V. T. Tom. I. p. 28. Becanus P. I.
Theol. Schol. p. 168. Arminius Diſp. Privat. 24. Th. IV. Paulus Me-
rula P. I. Cosmographia lib. IV. Instit. Theol. Sect. 3. Cap. 3. Dionysius us

us Petavius in Rationario temporum P. i. Lib. 2. Cap. 1. Zanchius in Hexaemer. P. 2. lib. 7. cap. 1. Lambertus Danicus Physic. Christ. P. 2. Tract. 5. cap. 16. Joh. Combachius lib. 4. Instit. Physic. p. 796. Casp. Schott. Physic. Curios. I. 7. p. 784. Eusebius Niremberg. lib. 4. Hist. natural. cap. 13. 5. Joh. Henric. Alsted. lib. 7. Encyclopædia P. 6 Physicæ cap. 3. Regul. V. & P. 8 Physicæ cap. 3. Reg. 4. Num. 6. Joh. Sperling. lib. 4. cap. 1. Zoologia p. 3. 9.

§. III. Nolumus hic istas prætermittere argumentandi rationes, quibus, qui in hac sunt lententia, niti solent. Ne proprio cerebro adscribantur, Cornelius a Lapide, qui easdem tanquam his omnibus peculiares collegit, in medium proponat. Ita autem commentari est solitus: *Tam aves, quam pisces ex aqua, quasi materia esse productas, tam nostraversio, quam LXX. & Chaldaica docent, qui omnes in Hebreo Gen. I. v. 20. intelligunt relativum τὸν (id quod Hebreis familiare) quasi dicatur. Producant aque reptile & volatile, quod volet super terram. Hinc Philo aves vocat. piscium cognatas. Nam magna avium & piscium cognatio. Primo, quia aqua, quæ est locus piscium & aer, qui est locus avium sunt elementa vicina & cognata. Utrumque enim est diaphanum & humidum, molle & subtile, agitabile. Hinc aer facile in aquam vertitur & vicissim aqua in aerem. Secundo quia tam avibus, quam piscibus sunt pinnæ & squamæ. Hinc & tam aves, quam pisces non habent vesicam, nec lac, nec mammas, ne volatum aut natationem impedian. Tertio similis utrisque est motus, quod enim natatus est piscibus, hoc volatus est avibus, ita, ut pisces videantur esse aves aquatiles, & vicissim aves videantur esse pisces aerii. Rursum tam aves, quam pisces cauda suum iter & cursum dirigunt ita, ut abiis, ac nominatim a milvio navigandi artem didicisse homines videantur, juxta Plin. lib. X. cap. X. Quarto multæ aves sunt aquatiles, ut cygni, anteriores, anates, fulicae, merguli, halcyones &c. Has, aliasve rationes, quibus pro avium origine ex aqua pugnare solent, communicat Cornelius a Lapide. Arrident ex nostrarib[us], non paucis. B. Lueberus in versione pariter ac comment. se easdem amplecti probat In versione manifestum est: das Wasser rege sich mit Gewgeln. Quam procul dubio debet LXX (quæ utrius nostris manibus genuinam vocem Hebream perdit: ἐξεγέτω τὰ ὑδατα ἐγνητὰ ψυχῆν ἔστων καὶ πετενα, τετρομενα ἐπι της γῆς κατά το σεργίου το ὅρεις. Et Vulgata cum*

cum erroribus & vitiis à Pontif. Roman. Canonizate: Producant aquæ reptilejaniæ viventis & volatile super terram sub firmamento cœli. Et in Commentar. Oper. Quint. Die. p. 12. n. 6. Hoc admiratione dignum est, quod etiam ex eadem materia aves & pisces sint conditi, tamen sicut avis non potest in aqua vivere, ita pisces, si in aëre sunt, durare non possunt. Et infra: Nunc addit de nova creatura producta ex aquis, nempe de valvribus & pisibus. Conjugit autem haec duo genera propter naturam non dissimilem. Sicut enim pisces in aquanat, sic avis volat in aere, & quamquam carnem habent diversam, tamen eandem habent originem. Sicut manifestus textus hic est: Volucres ex aqua productas petisse aerem, in quo vivunt. Aī Philosophi hoc non credunt. Nobis autem potior fides Scripturæ S. que eandem originem ueriusque naturæ affirmat.

S. IV. Secunda peculiaris quorundam audit sententia, quia aerem, licet impuram, tanquam ex qua aves procreatæ sint, substituit materiam. Philosophorum alias & quidem recentiorum est defendere aerem & aquam esse idem elementum. Sic Theodorus Sanvvoorti disserit. Utrecht. anno 1704. habit. differit: Aquam non minus in aerem mutari, quam hunc in illam transire quotidie cernimus, ita ut aer aqua expansa, aqua vero aer condensatus dici comode valeat, vid. act. Erudit. Mens. Novembr. anno 1704. p. 509. Quid mirum, quando non pauci, qui ex hoc jam descripto elemento aves originem traxisse adstruunt. Certe Aristoteles favet istis, quando Lib. 2. cap. 7. de coelo adserit: unumquodque ex eo esse, in quo est. Unde etiam est, quod multi non absque conatu hanc sententiam propugnant. Alphonsus Tostatus in Gen. cap. I. p. 76. Aliam piscium, aliam avium statuit formationem; Piscium de pura aqua crassa, avium de aqua magis resoluta & temperata qualitatibus aereæ. Quam sententiam non tam suam, quam aliorum adducit Mercerus, dum ex aquæ evaporatione & exhalatione in substantiam aeream & tenuorem formatas aves, multos asserere comprobant. Inter quos merito numerandus Rupertus lib. 13. de oper. Trinit. cap. 50. quidem rarius per nubeculas volantis aquæ globis volantium avium corpora scula facta defendit. Suarez & Arrigaga juxta D. Adam Osiandrum l. c. provocant ad autoritatem Augustini, Bede, Eucherii & Thomæ, qui omnes quandam cognitionem inter pisces & aves querunt. Quibuscum facit Perierius, cuius verba hoc transcribere nullus vereor: statu-

mus aves non ex aqua densa factas, que in terram labitur, & in ea continetur, sed ex aqua in vapores tenuata & in nubes conformata, que inferiorem aeris regionem, in qua volitant aves, ascendit & obsidet. His suum addit calculum D Rungius in Annot. Op. Quint. diei: Non voluit Deus aerem plane vacuum esse ornatum, proinde cognata eidem aeri & aquis animalia producit, eisque aerem complet. Ut enim inter aerem & aquas magna est cognatio, cum ex aquarum diduictione & rarefactione aer & vicissim ex aeris condensatione aqua generentur. Ita inter pisces & aves esse quandom suyus est, res loquitur.

§. V. Tertia istorum est, qui aves ex terra produktas sistere gestiunt. Quis in Gen. Cap. I. v. 20. Nondicuntur, quod pisces ex aqua, tanquam materia creati sint, sed quod in aqua tanquam in loco sine creati, multo minus id de volucribus afferendum, esse eas ex aqua creatas. Materia, ex qua eas Deus creavit, terra dicitur. Piscator in eundem locum: Alii iudicant aves ortas ex terra, idque probant. Atque haec sententia mibi videretur probabilius. Gerb. in Gen. Quæst. An aves ex aqua produta? responderet: Ex Moysi id probari nequit, ex terra potius dicuntur produta. Præter hoc trifolium consentiunt juxta Pfeiffer. in Dub. Vexat. Cent. I. Loc. III. p. 13. R. Aben Esra. R. Ben. Gerson. Cajetanus, Franciscus Junius, Ariasmontanus, Catharinus, Pareus Comment. in Genesin. Antonius Walaeus in Locis Theologicis. p. 190. Gerh. Job. Vossius lib. 3. de origin & progress. Idololat. Cap. 78. Fridericus Spanhemius P. I. Disput. Miscell. p. 89. Wilhelmus Estius notat. ad Genesin p. 20. Andreas Libavius lib. 6. de origine rerum p. 466. Schindlerus in Lexico sub rad. ΨΥ. Sixtinus Amama Antib. Biblic. p. 188. Bochardus Hieroz. ap. Pol. D. Varenius Dec. Mos. in Gen. p. 69. Bart. Mayerus Phil. sacr. P. II. p. 332. Conr. Aslacus Physic. Christ. p. 254.

§. VI. Ultimo loco istorum mentionem non intermittimus, qui aves, omni rejecta materia, ex nihilo procreatessse probant. Ut paucorum est haec sententia, ita paucis circa istam occupati erimus. Hottingero Hisp. Cr. p. 21. adjungimus Wallerum, qui provocat ad Gen. I. v. 21, ubi Deus dicitur creasse omne volatile in specie sua, ut plane nullius materiae mentio fiat. Hinc quarit cum Pareo (quem in eandem sententiam allegat Calvius in Annot. super Genesin p. 193.) An aque iubeantur producere pisces & aves active, an materialiter, an potius passive? Non active nec materialiter, quod probat, sed pas-

sive quatenus aqua constituunt locum originalem. Hujus vestigiis per omnia insitit Dr. Wegnerus *Dissert. pecul. de avium origine* §. 18. p. 31. ubi uno intuitu rationes, quibus hujus sententia antesignani utuntur, invenies. Exhibit quinque. *Mosén sc. nullam materiam ex qua facere mentionem.* Nec Deum in Historia creationis dicere: Fiant aves ex aqua, ex terra &c. Deinde Mosen expresse dicere p. 21. creasse Deum omne volatile in specie sua. Absolutum autem verbi **ברא** usum & significationem esse ex nihilo aliquid facere, nec hoc loco ad certam aliquam materiam restringi. *Tertio* aves, ut alia animantia, non ex sola aqua, nec ex sola terra, sed quatuor elementis constare. *Quarto* productionem ex nihilo longe magis facere ad illustrandam Dei absolutam potentiam: Quandoquidem Deo gloriosius esse, tot volatilia ex nihilo, quam ex solis aquis vel terra fecisse. *Quinto* Mosen haud notare materiam ex qua, sed locum nativum & originalem avium, ex quo & in quo Deus voluit eas repente existere, & deinceps subsistere in aere scilicet & terra q. d. momento nunc existant, & deinde sint aves in aere & terra.

Pars III.

In qua nostra sententia adducta ad contrarias respondetur.

§. I. Numeratis nunc diversis, quibus avium origo involvitur sententiis, ad nos credit ordo. Notum autem habemus Rabbinorum illud:

לא ישנה אור במטבע שטבעו חכמים :
Ne mutet homo quicquam de moneta, quam cuderunt sapientes. Sed

הוא שוחח בצמא את וברוחם :

Bibat cum sibi verba eorum (apientum.) Enimvero Rabbinorum quidam libere & sentiendi & scribendi ansam præbet: In contemplatione Philosophica nulla saturatio, nulla anima in ea sufficientiam invenit. Sed perpetuo remanet dubia in ea. *E*t ideo moderni Philosophi rejecerunt verba veterum, & refuerunt conceptus eorum, quoniam in speculatione bac nulla saturatio. Quæ verba ad hodiernam Philologiam de facili applicabis. Si non

C

nigruna

nigrum, saltim rubrum quarundam dissertationum respicias. Arrogantia epidem opus videtur sepiissime ex allatis & diversimode explicatis sententiis veram velle feligere; attamen indignum, esse plane αἰσύνθολον, censetur. Quare liceat nobis unam ex adductis sine ulteriori verborum anfractu eligere & cum viris doctis nostram facere.

§. II. Placet autem isthac, quam novimus infallibilem & ipsius Spiritus S. effato, Gen. II. v. 19. & virorum insignium consensu P. II. §. V. adductorum, nitentem. Verba, quæ quali qualitate Philologica ponderavimus, clara sunt, nec quicquam hoc loco refutat, quam, ut paucis probemus, verba
 בְּנֵי־הָאָמֹת
 non tam prius, quam posterius etiam in hac propositione membrum recipere. Certe vox רַצְחָן ad bestias agri & volatilia cœli se extendit. Quod ingenue, fatentur, qui se nobis opponunt. Quid opus est, ut istud in duplice significatu accipiant, quo priori præsupponat materiam, posteriori istam respuat, & notet productionem ex nihilo, aut in genere talem. Deinde sublestæ sunt istorum rationes, qui per בְּנֵי־הָאָמֹת terram temperatam, quia humum ab humiditate deducunt, hic intelligi, frustra defendunt. Sunt quidam inter Rabbinos, qui, quia loca Gen. I. v. 20. & Gen. II. v. 19. conciliare nequeunt, terram & aquam miscent, avesque ex sudimento procreatæ esse feribunt. R. Salomo Jarchi in Gen. cap. II v. 8.

וְשַׁרְתְּ יְהוָה מִן־הָאָמֹת כָּל־הַוְּתָה הַשׁוֹתָה כִּי לְפֶשֶׁת
 וּבְנָה אֶל־הָאָמֹת לְקֻרוֹת שָׂם וּלְמָרָעָל־הַעֲפֹרוֹת
 שְׁנָבָרָא מִן־חֲרַקְקָן :

Et formavit Deus ex terra omnem bestiam agri, hoc dicitur, ut exponere posset illud; & adduxit ad hominem, ut inderet nomen & infruere de avibus, eas crearas esse ex sudimento. Ast nemo hanc sententiam amplectetur, nisi qui aliarum bestiarum eandem originem adstruit. Evidem non negavero aves ceu cætera animantia omni ab elemento participare, sed unum prædominatur. Quod eleganter exprimit R. Moses Maimonides de fundamento legis cap. VI.

וְכָל־גּוֹף וּגּוֹף חַמְחָרְבָּר מַאֲרַבְּתִין יִמְצָא כִּי גּוֹסֵם
 רְהֵךְ וּרְכֵשׁ כָּחֹרֶץ אֶבְלָל יְשֵׁמָה גּוֹסֵם שִׁיחָזָה
 בְּחַם :

શ્રી (૧૭) લિખ

בכוסות חוקה מיסוד האש כמו בעל נפש חורה לפיקד
זראה בום חוקת יערו. יש מין גוף שיהיה
בכוסות חוקה מיטור הארץ כמו חאנטס לוי וראאס
בחון ורשות הרובן. יש מין גוף שורה בון חוקה
מייסור המים ליפוי וראה בון תלון יותר:

In quolibet corpore, ex ipsis quatuor (sc. elementis) seu composite, inventur frigidum & calidum; humidum ac siccum conjunctim: sed inq uidam istorum corporum existit predominium elementi ignis; uti in iis, quae predita sunt anima vivente, idcirco cernitur in iis multum calor: in aliis vero prevalet elementum terra, ideoque multum siccitas in iis animadvertisit: in nonnulla predominatur elementum aqua, hinc in iis abundant humiditas. Enimvero hic quæstio est, unde principaliter & primario originem duxerint aves? respondet Moses ex terra. ubi justus accentuum positus nobis facem præfert. Per post verba קָרְבָּן שְׂרוֹד possum, demonstratur utriusque membra æqualis respectus. Alias major accentus sedem excigunt circa vocem שְׂרוֹד & prius istius prepositionis membrum ibidem clausum fuisse. Optime D. Varenius in hunc locum p. 77. provocat pro hac propugnanda sententia ad sequelam & fluentem vocum possum per accentuationem immediate sequentis paucioris & proportionem prioris paucioris ad S. skepsatione sequens. Cui pollicem praedit M. Pfeifferus Dub. Vexat. Cent. I. Loc. IV. p. 12. Refutatio in definit, tum productionis subiectum, seu causam producentem in דָרְכוֹם אֲרֻזָּם, tum actum in צַרְעָה, tum productivum materia: מִן־הָאָדָמָה, tum objecta subiectum post Refutatio & distribuuntur in duas classes, scilicet bestias agri & volucres cali. Nolumus autem hic circa inartificiales istorum argumentationes, qui per hoc pabulum aviun & bestiarum æquale hic intellecūtum cipiunt, multum morari. Ut impingunt literam, ita verba subvertunt. Non enim dicitur, quod Deus rebus a se conditis prospererit de pabulo, neque Mosi de eodem sermo est. Plura, quæ ab Augustino & aliis objici posse putem, vide apud Epitome Eustum lib. 2. Sentent. §. 2. p. 180. Et D. Perierium in Gen. Cap. I. c. 20.

S. III. Nunc quæ licet brevitate respondebimus ad diversas, quas supra adducere placuit sententias. Prima, quæ fuit appositi

(10)

ta, viris etiam eruditissimis crucem figit. Etenim assertores ejusdem ut plurimum rationes, quibus pondus primo loco non denegamus, adferunt. Accersunt voces אַשְׁר, quam cum vulgarata & LXX. subaudiunt & hunc verborum ordinem jaētant. שִׁירָעֵפֶת אַשְׁר וְוֹלָטִילִית, que volent. Itaque duabus hunc versiculum absolvunt propositionibus, quarum priorem in propositione proximali finiunt: **וְיִאמֶר אֶלְهֵיכֶם** & in sequentibus.

תְּלַבֵּס שָׁרֵץ נֶפֶשׁ חַיָּה וְשִׁירָעֵפֶת עַל־חַדְרָץ עַל־פְּנַירְקִיעַ
שְׁרֵצָה: תְּלַבֵּס :

Posteriorem. Ast vero major accentus ⁴ sedem habet sub voce חַדְרָץ, ibique maximam intra versum ponit distinctionem & plane novam inter hæc, & sequentia verba constituit propositionem, quæ optime nos docuit Magnif D. Rechenb. Disp. An aqua omnium corporum materia & principium sit? S. 10. quando scribit, שִׁירָעֵפֶת non in casu accus. s. obliquo sed recto ponitur, ita ut non ad prædicatum antecedentis propositionis pertineat, sed subiectum sequentis propositionis sit. Qui autem רְשָׁנָן subintelligunt, illi contrarium experiantur, necesse est. Ex tribus propositionibus, quæ hoc versiculo continentur, duas efficiunt. Adeoque distinctionem majorem per ⁵ non sub voce חַדְרָץ & in fine secundæ propositionis, sed in fine propositionis proximalis, sub voce אֶלְהֵיכֶם expectabunt. Ita enim sibi constat accentum consecutio, ut, quoties versiculus duabus absolvitur propositionibus, quæ inter prior constat propositione proximali, hæc majorē distinctionē habeat. Hæc omnia, vel unicus locus Gen. III. v. 12. exponet. Sunt enim duæ ibidem propositiones, si in voce non copulative, sed rectius causaliter explicet, ut comedere. Hinc accentus major ⁴ est in propositione exordiali. Reliqua loca, ponderatis propositionibus, quæ nobis obstat evidenter, facile erit conciliare. Quicunque igitur cum Cornelio a Lapide & aliis juxta Glaff. Phiol. Sacr. Lib. III. Tract. III. Can. XXII. p. 130. per subiectum רְשָׁנָן nostrum locum explicare satagunt, illi aut accentuationem despicient, aut alium codicem, ubi sub voce אֶלְהֵיכֶם loco ⁵ reperitur, proponent, & plane aliam accentuum secundum

riem

33 (21) 33

riem demonstrabunt. Quamdiu autem his destituuntur, tamdiu non duas, sed tres propositiones in hoc versiculo nobiscum admittant & ingenue fateantur, hoc loco nulla ratione avium originem, unde procreatæ sint, posse demonstrari, sed loci saltem, id est, coeli aerii sub cuius expando volare jubentur, aves, mentionem fieri. Quod autem B. Lutherus, uti jam supra dictum fuit, ejusmodi versionem amplexus est, illud exinde factum, quia hanc distinctionem cum *LXX.* juxta *Schindler.* in *Lexic.* sub rad. Ἠγ neglexit; Non vero exinde, quod juxta quosdam Calvinistas apud *Calvin.* in *Op. Quir.* die p. 191. textum mutilaverit, & cum *Vulgata* verbum Ἠγ omiserit. Sub coronide tela video, sed prævisa minus nocent. Ipse Esdræ cap. VI. v. 47. lib. IV. duas tantum hujus versiculi propositiones constituit, neque eandem accentuum rationem nobiscum habet, sed aves ex aqua productas una cum multis adfruit. Verum, uti de libro hocce non satis constat, qualis sit, ita quales sint, quæ inde desumuntur inferendi rationes de facili patescit. Ipse B. Megalander in *Præfam.* super librum Baruch hanc limam adhibere non est veritus: Sehr gering ist das Buch Baruchi, daß ich es mit dem III. und IV. Buch Esdræ hätte lassen hinstreichen. Denn dieselben zwei Bücher Esdræ haben wir schlechts nicht wollen verdeutschē/weil so gar nichts darinnen ist/das nicht viel besser in Elopo oder noch geringern Büchern kan gefunden werden. Dazu im V. Buch Esdræ etiel Träume sind wie S. Hieronymus zwar selbst saget/und Lyra nicht hat wollt auslegen. Dazu im Griegischen nicht gefunden wird. Quale igitur pondus inde desumtisrationibus inerit?

¶. IV. Nostrum etiam esset ad secundam sententiam respondere. At, nisi locus Gen. I. v. 20. explicatus glaciem frigisset; illud tam libenter, quam diligenter acturi essemus. Agemus, quantum vacat brevissimis. Miramur autem statim ab initio cum Andr. Libavio Lib. VI. ad Op. Die. V. Hexaëm. p. 467. istiusmodi homines, quorum interest omni conatu in illud inclinare, ut probent per aquam hoc loco non intelligi aquam condensatam, sed rarefactam, quæ sit aer. Uti sacra literæ hanc sententiam explodunt, ita etiam ejusmodi metamorphosin respouunt. Quis enim nomine aquæ hoc loco aërem contineri assertit, nisi iste, qui ex avibus & omnibus in secco viventibus facit

pisces, evincitque aerem esse speciem aquæ. Hinc neque illis lati accurate in naturam avium le inquisivisse cogitent, qui aves, quod aerium locum occupant, ex aere procreatæ esse docent. Omnes alias rationes, quas Philosophorum esse deprehendimus nostrum non est sub incudem revocare. Infirmo gaudent tali & omni destituantur pondere, si genuina Scripturæ S. interpretatione potior sit futura.

§. V. Quæ, srite ponderata fuisset, etiam ultimam sententiam amplectendi & aves ex nihilo procreatæ esse, afferendi ansam præcipuisset. Vereor euidem & hic, ne viris maxime doctis contradicam. Enimvero amica veritas præcipit. Quando tamen, quæ ab aliis præclare & insigniter tractari potuissent pro ingenii mediocritate leviter discutere sustinui, nemo, mihi exprobrabit. Etenim in magnis voluisse sat est. Non tamen patescit, qua speciali ratione induxi CL. Waltherus & Wegnerus cum aliis omnem materiam rejiciant & aves ex nihilo procreatæ defendant. Evidem, non negavero in quibusdam scripturæ locis absque illa materia mentione avium originem describi. Et quamvis recte etiam concessero Gen I. v. 20. locum originalem saltim indigitari & alibi etiam **absolutum** בָּרָא de istarum productione adhiberi; tamen nemo mihi de facili persuadebit, deesse locum, qui, quæ alias nobis obscure dicta videntur, illustret & explicet. Certe בָּרָא quando de avium origine adhibetur, quomodo sit accipendum, explicit **בָּרָא** Gen II, 19. Num obstat creationem ex nihilo magis facere ad divinam illustrandam sapientiam & potentiam? Quicquid omnino nostris oculis in tota hac rerum machina opponitur, divinæ omnipotentia & sapientia testimonium est. Nam juxta Poet:

Præsentem monstrat quælibet verba Deum,

Et brevis est celsis, qui monet esse Deum.

Cur non potius in hominis omnium nobilissimæ creaturæ, productione divinam sapientiam & omnipotentiam eminere dicamus?

Hac autem ratione ipsas aves homine nobiliores prædicamus.


Illas enim ex nihilo, hunc vero ex materia

productum adlerimus.

3d 1299



SB



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



בְּנֵי
צִבְרָתָה צַפְּנָה בְּנֵי - הָאָדָם
Seu

FORMATIO AVIUM E TERRA, ^{2 V A M} OCCASIONE LOCI

Gen. II, 19.

Suffragio Superiorum
IN ALMA PHILUREA

D. XIX. DECEMBR. MDCCVI.

inquirent

M. JOH. CHRIST. BAUERUS,

MOELBIS. MISNIC.

ET

SALOMO HERMANNUS

OTTERWISCH: MISNIC.

LIPSIAE,

LITERIS HÆREDUM BRANDENBURGERIANORUM.

Prof. Dr.
S. 38